



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

Covarrubias y Leyva, Diego de

Antverpiae, 1610

8 Clericus hæres laici an poſit ad sæculare tribunal pro hæreditariis iurib.
& reb. vocari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

de Aff. & alijs modo præcitatis. Nec poterit congrue exemplum aliquod huic casui aptari, nisi viduis, quæ habet ex literis regis ius declinandi proprium forum, & proprii domicili tribunal, quemadmodum in primo casu late tradidimus.

Sexto, deinde poterit contingere, quod in eo loco, ubi est curia regia, eiusque auditorium, pupillus, & vidua, vel pauper ad iudicium iudicis ordinarii, & inferioris vocatus nolit hoc tribunal declinare, & tamen vocatus ad curiæ iudices ad petitionem actoris petat obnixè causam ad ordinarium eius loci forum deferri. In hoc equidem casu poterit reus vti proprio privilegio, secundum ller. n. 14. & Matth. de Aff. n. 34. in const. Neap. Rub. 37. quibus suffragatur, quod licet alioqui, ubi reus habet plures iudices ex iure communi, electio sit actoris, vt nos adnotauimus lib. 1. variat. resol. c. 18. n. 6. attamen ubi reus habet plures iudices ex privilegio, ipsiusmet rei est electio, non actoris, auctore Bald. in l. cum clericus. C. de episc. & cler. quæ sequuntur Matth. de Aff. lict. in d. Rub. 37. n. 18. & Barth. Socin. conf. 94. col. 2. lib. 3.

Septimo, ubi quis habens privilegium in d. l. vii. vocaret ad curiam Regis eum, qui non haberet privilegium declinandi curiam, nec petendi remitti causam ad proprium domicilium, tamen si habeat privilegium vocandi aduersarios ad curiam. Nam si reus hic velit obtinere, quod causa ad iudicem proprii tribunalis & domicili remittatur, profecto ex prænotatis constat, non esse hanc causam deferendam ad iudicem inferiorem, sed eam in curia examinandam esse: cum hic reus non habeat ex privilegio duos, aut plures iudices, imo tantum vnum: actor vero habeat privilegium eligendi iudicem, quem vt opinor, reus minime poterit fori præscriptione declinare. Exemplum autem huius casus non potest commode confitui in his, qui nominantur tribunal extra proprii domicili forum, etiam curiæ regie iudicis. Idcirco erit perquirenda persona, quæ huius conclusionis exemplo possit subuenire, ex his, qui agentes possunt ad regis curiam reos vocare, & hac ratione habeant ex privilegio plures iudices: præcise tamen valeant apud regem, vel in proprio domicilio ab actoribus vt rei conveniri, & ideo dicantur vnum tantum iudicem habere, quando ab alijs ad iudicium vocantur: quippe qui non habeant iudicium electionem, id vero fortassis statim constabit.

Octavo, si alicuius castri, villæ, vel ciuitatis communitas actionem aliquam in iudicium deduxerit aduersus eius dominum, & apud curiæ regis iudices, atque ipse dominus iure orphani, & minoris, aut iure viduitatis, similive causa velit declinare regie curiæ iudicium, quo ad primam causam cognitionem, & petat causam remitti ad forum domicili: profecto is non obtinebit, vel ex eo, quod tribunal proprii domicili sit manifeste suspectum in causa ipsius, cuius propria est, quæ inibi exercetur iurisdicctio. Igitur in hac specie nec vidua, nec minor & orphanus poterunt vti privilegio, quo alioqui possent etiã apud curiæ iudices conueniri petere, causam ipsam quo ad primam cognitionem ad proprii domicili iudices deferri. Ipsa vero communitas ab ipso domino eiusdem agente, ad curiam regis vocata etiam si dominus maior ætate sit, non poterit hoc declinare tribunal. Communitas etenim alicuius oppidi quo ad primam causæ cognitionem potest à quocunq; ad regie curiæ tribunal vocari, nec id declinare valet: quemadmodum vsu forensi est hætenus satis receptum, & probatur ex l. 37. styli.

Nono, ubi lis esset cœpta per litem contestationem apud iudicem inferiorem proprii domicili, non possit vidua petere, causam istam tractari in curia principis, nec ad eam referri: etiam si vidua iure minoris ætatis peteret in integrum restitutionem aduersus litem contestationem ex causa erroris, quo decepta litem cõtestata fuerit absque fori præscriptione, & declinatoria exceptione. Huius equidem opinionis sum ob fauorem ordinariæ iurisdictionis, & quia non admodum leditur ex hoc errore minor etiam si Matth. de Aff. in const. Neap. Rub. 37. n. 24. contrarium responderit.

Solet autem dubitari, an privilegium hoc viduarum, & pupillorũ, de quo hætenus egimus, profuit litem cõfortibus, & his, qui commune ius cum viduis & pupillis habere cõtendunt. Quia in re maxime obseruanda est responsio Casaris in l. vnica. C. sicut communi eademque causa. Et præterea animaduertendum, an possit commode diuidi causæ cognitio, & examen, quod late tradit & expendit Mauritius Dolanus in tractat. de in integr. restit. c. 185. & sex capitib. seq. eum legito.

Clericus hæres laici, an possit ad seculare tribunal pro hereditatis rebus, & iuribus vocari.

S Y M M A R I A.

- 1 Testamenti publicatio fieri debet apud iudicem secularem, etiam si clericus sit institutus hæres.
- 2 Clericus laici hæres litem coram seculari iudice captam cum defuncto, apud eundem iudicem prosequi tenetur.
- 3 Venditor in emptionis lite prosequi tenetur coram eo, apud quem litem cepit.
- 4 Clericus laici hæres, nondum capta lite apud secularem eum defuncto, pro reo agere pro actione hereditaria ad iudicem ecclesiasticum, & quia in re regio partitorem.
- 5 Executio instrumenti publici, an possit peti lege regia contra clericum, & contra quo iudice petenda sit.

Vidi non semel disputari, possitne clericus in sacris constitutus, & laici hæres, ad iudicium fori secularis vocari ratione illius hereditatis, quemadmodum potuisset dubio procul laicus ille, cui successit? Quam quæstionem aliquot expositis casibus conabor examinare, & quos ipse scio frequenter discussi apud Forensia tribunalia, quorum definitiuæ conclusionibus distinctis quandoque constat.

Prima conclusio huius rei examini præua sit. Infinitatio publicatiove testamenti a laico facti, etiam si clericus hæres sit, fieri debet apud iudicem secularem. Hanc conclusionem probant Baldus & Corn. in l. omnia testamentaria. C. de testam. Bald. in Authent. clericus. & in l. repetitis. C. de episcopo & clericis. Gulielm. Benedic. in c. Raynuitius. de testam. in verb. & vocem. num. 220. Ioan. Andr. & Abbas in capit. vl. de fid. instrum. Stephanus Aufr. in Clementina prima. de offic. ordin. reg. 2. fallentia 11. Barb. in cap. si hæres. de test. n. 10. quo in loco idem ipse adnotauit. n. 3. est & ad hoc regia lex 4. tit. 2. lib. 5. ord. [hodie l. 1. q. tit. 4. lib. 5.] in 2. cui parte. Nam prima pars, quæ aliud respondet, deducitur à lege fori nempe à l. 1. 3. tit. 5. lib. 3. fori, quæ fuit etiam comprobata per Regem Henricum tertium in hisce legibus, quas de penis delictorum Anno domini M. CCCCI. in vrbe Terrina tulit.

Secunda conclusio: Lite cœpta contra laicum apud secularem iudicem, eaque pendente si mori contigerit laicum clericus herede relicto, iudex secularis ad definitionem vsque etiam contra clericum causam istam tractabit. Huius conclusioni suffragatur text. in l. venditor. ff. de iudic. vbi Iuric. 3. consultus respondet, Venditorem, qui velit defendere ratione cuiusdam emptorem ab actione contra eum propolita, teneri defensionem hanc prosequi coram iudice, qui de ista causa, & actione cognoscere ceperat. Quæ quidem responsio locum obtinet, etiam si venditor clericus sit, quod cautum expressim est l. 57. tit. 6. part. 1. idem tamen iure communi quoad clericum venditorem, tenent aptissime Bald. Fulg. & Lancel. Dec. ac sensu Albe. in d. venditor. Ang. in l. no. solum. §. quod vulgo. ff. de vsu cap. opt. tex. in l. 1. c. vbi in rem actio. Pan. & Ant. Burgen. in c. vl. n. 16. de empt. idem Abb. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. n. 28. & ibi Ant. Card. & Soc. n. 127. in l. no. solum. Anchi. in reg. iur. in 6. q. 17. Bal. in aub. clericus. 3. col. C. de episcopo & cler. Lanfranc. Orianus in tract. de arbitrio. q. 47. Pulchre Bart. Socin. conf. 91. lib. 3. vers. circa plurimam difficultatem. Qui fatentur hanc Opinionem Commune esse Idem asserit Lancel. Dec. in d. venditor. eandem opin. sequuntur, dicentes, eam seruari in regno Franciæ Stephanus Aufr. in d. cle. 1. de off. ord. regula 2. fallent. 5. Gulielm. Benedic. in c. Raynuitius. in ver. & vocem nomine Adolassiam. n. 417. Tamen si contrariam sententiam probent, & sequantur Paulus Castr. Angelus & Iacobin. in d. l. venditor. alieuerantes, illud responsum non procedere in clerico venditore. Idem Imol. in d. §. quod vulgo. Ioan. de Platea in l. 3. C. de iure fisci. ex autoritate Accursij ibidem, qui existimat, decisionem iuriconsulti in d. l. venditor. minime obtinere in fisco venditore, quod ibidem Barto & alij notarunt. Imol. & Angel. Aret. in §. actionum. de actio. n. 19. asserit, opinionem Paul. Castr. seruari in praxi. Ad similitudinem fisci venditoris, qui si velit defendere emptorem ab actione contra ipsum, iam in iudicium deducta poterit causam ab eo iudice eximere, & eius cognitionem deferre ad proprium ad peculiarem fisci iudicem, vt probari videtur quibusdam d. l. 3. cui ex aduerso responderetur, nihil ibi esse speciale in fisco, sicuti Bald. super eandem legem explicat, aut nihil refert fisci privilegium quoad alios, quibus iure idem concessum.

cessum non est, secundum Burgens. in d. c. vi. & Socin. in dicit. qui scribit, casum illum, cuius mentio fit in d. l. 3. esse maxime distinctum a d. l. venditor. vbi Lanc. Dec. tenet, quoad speciem venditor. nihil esse in fisco speciale: quod & Socin. probare nititur, sed & pro Paul. Castr. adducitur autoritas Spec. iii. de primo & secundo decreto. §. refert. ver. quid si num. 24. & tamen non refert illius sententiam, nec ad hanc questionem quicquam facit, saltem non virget. Etenim Spec. tradit elegerit, quod clericus non est mittendus coram iudice seculari, etiam si renunciet privilegio fori ad defensionem eius, qui ad eum rem habet in feudum vel emphyteusim. Nam hæc verba non concedit Speculator, causam istam tractandam esse cum emphyteuta, vel feudatario clerico apud iudicem ecclesiasticum, quia propter ius, quod habet ipse reus laicus in iudicio vocatus tractabitur apud iudicem seculari, nec poterit clericus directum dominium habens, ac suscipiens defensionem rei causam aduocare ad iudicium ecclesiasticum: quemadmodum explicat Abb. in dicit. c. quoniam frequenter. §. in aliis. num. 28. quasi eo auctore aliud sit respondendum, vbi clericus, vt defensor necessarius vocaretur in iudicio ad defensionem coloni, vel inquilini, qui nullum habent ius in re. Tunc enim clericus rei petit dominus verus, habens dominium vile & directum, ad iudicium vocatur, rem propriam proprio nomine defenditur. Et ideo cum ipse litiget, causa tractari debet apud iudicem ecclesiasticum. Idem tenent Anto. & alii in d. §. in aliis. Rursus & aduersus communem adduci solet gl. in c. clericus nullum. 11. q. 1. cuius sensus in id tendit, quod quamuis clericus prestet emptori coram iudice seculari autoritatem, & defensionem, licetque adfuit eam adsumens, vt vere propositam contra emptorem, non ex hoc dicitur litigare coram seculari, nec dicitur de eius foro esse. Quibus equidem verbis potius probatur communis opinio. Etenim hæc lis vere tractatur contra laicum emptorem, & sententia contra eum fertur, sitque contra eum executio. Nec poterit clericus actorem cogere, vt aduersus seipsum & clericum agat: cum emptor possideat, & contra ipsum possidentem nomine & iure proprio sit agendum. Quibus sane adducor, vt existimem iure Romanorum adhuc seclusa lege regia priorem sententiam, quæ communis est, veriore esse & secundum eam fore intelligendum text. in d. l. venditor. Idemque erit etiam si lis nondum fuerit per litis contestationem coepta. Nam si actor aduersus emptorem laicum actionis formula usus, libellum in iudicio dederit iudici, hoc factum erit, vt causa illa coram iudice seculari tractetur, & definitur, etiam si clericus venditor suscipere voluerit defensionem emptoris. Quod not. in specie Bar. Soc. in d. conf. 91. & Anton. Burgens. in d. c. vi. licet Angel. Aret. in d. §. actionum. n. 17. existimet, communem opinionem non aliter ad mittendam esse, quam si lis fuerit per contestationem coepta. Denique ipse censeo, idem esse vbi ecclesia rem vendidisset, ac vellet emptorem defendere. Nam si emptor coeueniatur apud iudicem seculari ecclesiasticam causa tractanda remittatur secundum Ang. in d. §. quod vulgo. & Alber. in d. l. venditor.

Hinc ergo constat, lite coepta contra laicum defunctum apud iudicem seculari, eius heredem clericum teneri ad eius prosecutionem coram eodem iudice ad finem vsque litis, nec posse fori istud declinare. Quod in specie tenent Imola in d. l. si cum hominem. ff. de fideiuss. Iason in Auth. quas actiones. n. 39. C. de sacros. eccl. Paul. Castr. Roman. Alex. & ibi Curt. Iunior in eius additionib. in l. si constante. §. vlt. ff. solut. matrim. Angel. Paul. de Castr. in l. hæres absens in princ. ff. de re iudic. vbi est ad hoc tex. optimus, & in l. si quis postea. ff. eodem tit. & in l. 3. C. de hæredit. act. rursus & idem tenent Barba. in c. quia V. de iudic. nu. 45. Aufrer. in clem. 1. de offic. ord. reg. 2. Fallent. 6. ad idem conducit admodum, quod traditur in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. l. vbi ceptum. ff. de iudic. c. propositi de foro compet. & que notantur ab Angelo. in l. tam ex contrariis. ff. de iudic. probatur vero hæc secunda conclusio lege regia Partitarum in l. 57. tit. 6. par. 1. quæ in hunc sane modum vulgo circumfertur.

Otrofi quando el clerigo hereda los bienes del ome lego, e otro alguno de manda contra aquel lego, por razon de aquel auer, que heredo, o de danno que vnieste fecho, tenudo es el clerigo de hazer derecho ante aquel iuzgador seglar do lo faria aquel de quien hereda el auer, si fuesse viuo.

Hæc autem verba, vt possint sensum iuri & menti legislatoris conuenienter habere, sunt sic intelligenda iuxta vulgarem hanc lectionem, quod clausula illa (por razon de aqua auer

que heredo) referatur ad illam, tenudo es el clerigo. Quasi vel it lex, clericum laici heredem teneri ratione hereditatis, & iure hæredis prosequi apud iudicem seculari item ceptam coram eodem iudice aduersus laicum illum, cui extitit hæres. Et dum lex dicit (que heredo se emiendo el clerigo) atque ibi, danno, que vnieste fecho, scilicet, el lego. Sic etenim est regia constitutio explicanda, tamen si subfit maxima suspicio, eam esse vitio scriptorum & impressorum corruptam. Tandem Gregorius Lopez Regius apud Casarem consiliarius, vir equidem vt in omnibus, quæ vtriusque iuris exercitationem attinent sic in hæc legibus expurgandis, & eliminandis diligentissimus, legem istam paucis mutatis verbis ita legendam esse censet.

Otrofi quando el clerigo hereda los bienes del ome lego, e otro alguno ha demanda contra aquel lego por razon de aquel auer, o de danno que vnieste fecho, tenudo es el clerigo de hazer derecho ante aquel iuzgador seglar do lo faria aquel de quien hereda el auer, si fuesse viuo.

Verum contraria opinio placuit quibusdam, qui censent clericum heredem laici non teneri coram iudice seculari prosequi litem iam contra laicum, cui successit ceptam. Atque ideo erit denuo super eadem re, vel actione coram ecclesiastico iudice clericus conueniendus: cum sit à iurisdictione seculari exemptus, & tandem iure proprio litem ipsam suscipiat, ac defendat. Huius opinionis auctores sunt Anto. Imo. Abb. col. vi. Felin. col. pen. in c. quia V. de iud. Hieronymus Cagnolus in l. 2. C. de pactis inter empr. & vend. nu. 175. Lancel. Dec. lac. & Curt. Iun. in d. l. hæres absens in princ. scribitque Iacobinus, quod secundum hanc opinionem vidit iudicari: & ab ea in practica non esse recedendum asserunt Aretin. & Dec. in d. c. quia V. tametsi Aret. de eius veritate dubitet. Nihilominus ego veriore esse opinor priorem sententiam, etiam iure communi considerato: quam in ecclesia ac monasterio procedere existimo eisdem rationibus. Nam quod Bal. & Sal. scribunt in l. 1. c. si pend. app. mors inter. tunc obicitur papæ ecclesia vel monasterium haberet ex privilegio Papæ iudices peculiare similes illis, quos fiscus habet. Aut tandè cum ecclesia, vel fisco non succedunt iure hæreditario, sed alia ex causa: nempe ecclesia ex ingressu, & professione religionis, fisco vero ex alia causa, præsertim quia maxime dubium est, an in fisco transeat instatia inchoata, quemadmodum disputatur in d. l. si constante. §. vlt. & per Dec. post alios in d. c. quia V. Nec est necessaria hæc argumentatio, à fisco ad ecclesiam, siquidem licet fisco non teneatur idem forum admittere, ac sub eo litem iam ceptam prosequi, non ex hoc prosequitur, idem iuris esse in ecclesia. His omnibus ipse illud adiecerim, quod litis contestatio necessaria non est, vt in vniuersalem heredem transeat instatia iam coepta. l. si operum iudic. ff. de oper. liber. l. si petitor. ff. de iudic. notat in specie Angel. & alii, præsertim Paul. Castr. in l. 1. ex contrariis. ff. de iudic. text. optimus in l. defunctus. ff. de procurat.

Tertia conclusio: clericus hæres laici defuncti, nondum aduersus eum coepta lite, conueniendus erit apud iudicem ecclesiasticum etiam si vt laici hæres ad iudicium vocetur ea actione personali, vel mixta, quæ aduersus defunctum actori cõpetebat. Hanc conclusionem ex regula iuris canonici, & civilis notant expressim glo. inibi recepta in reg. 1. qui in ius succedit alterius. de reg. iur. in 6. glo. Archid. Domin. & Præposit. in cap. clericum nullum. 11. quas. 1. Rota in decisionib. paulo jante nominatim adductis. Abb. Anton. & alii omnium consensu in c. quia V. de iudic. quo in loco Dec. asserit. num. 11. non esse in hoc dubitandum. Angel. Alber. Cyn. Fulgos. Iacob. & alii communiter, vt testatur Curt. Iunior. idem tenet Cyn. nu. 7. Bald. Fulgos. & Iaf. num. 39. in Authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. Bald. in l. 2. C. vt in poss. legator. ex quibus & his quorum hi auctores meminere, constat hanc opinionem satis communem esse. Cui non obicit Iuriconsulti responsum in d. l. hæres absens. Nam intelligitur de privilegio particulari ipsius hæredis, non de eo, quod est iure communi concessum, aut insertum intra ius commune, & generale. Sicuti deducitur ex gloss. ibi, & in l. 2. §. legatis. eodem tit. vel Iuriconsultus tractat, quando forus defuncti respectu loci in hærede mutatur, vt ibi animaduertunt Fulgos. & alii. Fuere tamen apud veteres: qui contrarium probare conati sunt asseuerantes, clericum laici heredem, his actionibus, quæ aduersus defunctum iure dantur, posse vocari, vt heredem laici apud iudicem seculari, etiam si laicus ea ratione nufquam in iudicium

ad incipiendā litem fuerit vocatus. Hanc opinionē veteres quidam olim probauerunt, vt refert gloff. in dicto cap. clericum nullus. & Alber. in dicta. l. heres absens. qui testatur, olim Pargami p̄e uia disputatione, ac proposita quaestione ista, sic fuisse de hinc itū ex auctoritate larisconsulti in d. l. heres absens, in principio. Horum sententiam secuti sunt viri illi doctissimi, qui iussu regis Alfonso decimi concinnandis, & congregandis huius regni legibus, quae opere septem partito continentur, operam dedere quemadmodū apparet ex dicta l. 53. tit. 6. part. 1. iuxta literam: quae quandoque rem istam in forensi controuersia disputantibus aptior visa est his quidem verbis:

Otrogi quando el clerigo hereda los bienes del omne lego, e otro alguno demanda contra a quel clerigo por razon de aquel lo que heredo, o de dano que vnieste fecho, tenudo es el clerigo de fazer derecho ante aquel iuzgado seglar de lo furia aquel de quien hereda el auer si fuisse viuo.

Hanc literam sensim agnoscunt Io. Sup. in Rub. de don. int. vir. & vx. §. 39. nu. 8. & Rod. zuares in rep. l. post. rem. de re iud. vbi tractat de intellectu legis regiae de executione in instrumentum, & contractuum. i. extensione ad regiam legem fol. 103. col. 4. atque item auctor Summa peregrina, dictione, clericus. est etenim haec lectio, vt ex his auctoribus deduci videtur, maioris quidem effectus, & quae regiam decisionem vberiore efficit ad secularis iurisd. auctoritatem: tamen si iure pontificio, ac denique receptissimae opinionis omnino contraria: nec video iuitam aliquam rationem, a iure pontificio deductam, quae potuerint induci regiarum legum conditores, vt hanc sententiam probarent: idcirco iudices regios admonitos esse velim, quod in eius praxi exactissima diligentia inquirant, & scrutentur, siue seruanda huiusmodi lex, & a Regia maiestas velit, eam seruari, praesertim quia prior litera iustior ac verior est, nec vnquam viderim contrariam in praxi receptam fuisse. Et ne quis hac in controuersia dubitare valeat, quoniam sit legis Regiae probatissima lectio, lectorem admotheo, regio edicto cautum esse, Partitarum leges publice in iudicio, & in aliis actionibus seruandas fore iuxta lectionem illam, quae typis tradita publicam habet auctoritatē ex viri doctissimi Gregorii Lopez emendationibus. Has etenim Regi a Maiestas publica, & certa censura munuit.

Quarta conclusio: quoties clericus laici heres in iudiciū vocatur petitione hereditatis, aliave ratione personali aut reali, quae tamen non est hereditaria passiuē, vt aiunt, tamen si ea tractetur super re ipsa hereditaria, aut eius causa, non est ad seculare tribunal, sed ad ecclesiasticum vocandus. Probatur haec conclusio in l. si iudicem, in pr. ff. de iud. vbi Bar. & alii. Nec huic conclusioni oberit d. l. heres absens. nec item regia partitarum lex, quae verē nihil aliud agit, quam extendere decisionem IC. ad clericum laici heredem, & rationē habet illius fori, ac tribunalis vbi defunctus posset conueniri, si videret, iuxta communem omnium interpretationem, quae per IC. traditur. Igitur si actio aduersus clericum proponatur, non ea quae contra laicum eius antecessorem proponeretur, nec vt contra heredem laici eiusve in obligatione successorem, profecto in hac specie nō est, cur possit clericus coram iudice conueniri.

Quinta conclusio: Executio contractus & instrumenti publici, quo laicus obligatus est ad certam pecuniae quantitatem, vel aliud simile, petenda est corā iudice ecclesiastico aduersus clericum huius laici heredem. Huius opinionis probatio ex eo constat, quod nulla fuerit vere ac proprie cōcepta lis apud iudicem secularem. & ideo clericus non tenetur litem hac de re subire, & tractare in tribunali iudicis laici: imo pro huius contractus executione omnino est iudex ecclesiasticus ad eundem: est etenim necessaria causa quaedam cognitio, atque examinatio, quae aduersus clericum nō est apud alium, quam ecclesiasticum iudicem expedienda: quemadmodum in specie hoc voluere Rotae iudices, quorū suffragia traduntur in d. decis. 552. in antiq. & decis. 2. tit. de foro cōp. in antiquiorib. Eandem opinionem, ni fallor, ipse probare videtur Roder. Zuares in d. extens. l. col. 4. & in extens. 8. qui sequitur in effectu Bartol. opinionem in l. cunctos populos. nu. 29. C. de sum. Trin. & sive cathol. dum is existimat ex lege seculari, quae statuit, instrumenta publica paratam habere executionem, instrumentum publicum aduersus clericum in proprio foro hoc ipsum priuilegium habere, Huius opinionis rationem ipse Bar. rursus probat in l. de quib. ff. de legi. in rep. vlt. col. cui suffragatur rex in c. cum venissent. de eo, qui mit. in pos. caus. rei seruan. & in c. consilium. de in integ. rest. Lapus alleg. 81. sequitur Bar.

Calc. in conf. 7. & tamen eius ratio communi omnium suffragio refellitur: siquidem statutum laicorum etiam generale, nullam agens mentionem clericorum minime est aduersus clericos, vel ecclesiis concessa sunt: cum statuta nullam frequentiori consensu improbat, vt constat ex Fel. in c. de cler. de cons. in 50. tradit Rochus Curt. in c. vii. de consue. q. 1. primario. Nihilominus ipse veram esse opinor Bart. sententiam in l. tit. quae generalis, nec damnum infert speciale clericis, nec ecclesiis est erga clericos, etiam in foro ecclesiastico seruanda, quod probatur in c. 1. de noui op. nūc. & vltimū est Imol. in c. 1. de re vend. n. 24. Host. & Io. And. in c. r. de solut. Ergo lex regia habet imperiū, & quae generaliter statuit instrumenta publica paratam habere executionem, etiam aduersus clericos vim habet: quippe quae non inferat praedictum notabile clericis nec directo contraria canonibus sit. Nam sub his conditionibus & qualitatibus leges secularis Principis non recognoscunt superiori, receptae & probatae videntur a summis pontificibus in d. e. 1. de noui op. nūc. c. inquisitionis. de heret. in 6. c. 1. de iuram. cal. c. venientes de iure iur. not. longe, ac late Fortun. in tract. de vlt. fm. illat. 14. cuius & aliorum nos meminimus in epitome de sponsal. 2. part. c. 6. in prin. n. 20. Quod si publicum instrumentum aduersus clericum paratam habet lege regia executionem, ea executio petenda est, ac tractanda coram iudice ecclesiastico, non coram seculari: quemadmodum ex Bar. Roderic. Zuares, & Rot. decisionibus constat, nec vnquam vidi, nec audiui contrarium actum fuisse. His accedit, quod etiam si apud Gallos clericus cogatur ad iudicē seculari chirographum suum agnoscere, postquam tamen agnouerit, causa est ad iudicem ecclesiasticum deferenda, vt ipse cogat clericum solvere pecuniam debitam: sicut scribunt & asseuerant Rebuffi: super leges regias, tractat. de chirogra. artic. 1. numer. 5. tomo. 1. & Imbert. Rupel. lib. 1. Forens. instit. c. 24. & Pyrrhus item in consuet. Aurelianens. lib. de excus. instit. c. 20.

Fortassis in casu & specie huius 5. conclus. respondēt quāpiam, posse huius instrumenti publici executionem peti apud iudicem secularem contra clericum heredem laici, qui quidem laicus ipsum contractum sub auctoritate publica gesserat. Et haec quidem sententia probatur ex auctoritate regie partitarum legis, cuius modo mentionem fecimus in 3. orolu. Nihilominus hoc dubium est propter multa, & praeterea quia dicta regia lex minime tractat de contractus executione, quae peculiare leges, & condiciones obtinet, propter quas, etiam si Roderic. Zuares expressim asseueret, esse mandandū executioni contractum istum a laico factū aduersus clericum eius heredem apud iudicem ecclesiasticum, noluit tamen concedere eandem executionem fieri posse per secularem iudicem, tamen si partitarum legem citauerit, & induxerit.

CAPVT IX.

De causarum auocatione, & earum retentione, quae apud curiam quandoq; fit.

SUMMARI A.

- 1 Auocatio causarum quid sit: & cui iure competat.
- 2 Metropolitanus non potest causam a suffraganeis auocare, nec de ea cognoscere absque appellatione.
- 3 Auditores regii & legatus Romanus Pontificis non habent ius auocandi causas ab inferioribus.
- 4 Duces, Comes, & Marchiones non possunt causas auocare a iudicibus inferioribus.
- 5 Causa semel ad curiam delata, non redit ad iudicium inferioris cognitionem, & quid ubi appellatio non est iustificata.
- 6 Reuocari potest causa principalis cognitio in curia principis quandoque ex appellatione quacunque.
- 7 Auocatio causa cum decreto irritanti, quia operatur: & quid si fiat motu proprio.
- 8 Intellect. elem. unic. de renouacia. an ea obtinet in mandato, quod daturus est ad presentandam.
- 9 Auocatio causa facta ad alterius petitionem, quomodo sit intelligenda.

Diximus non semel causarum aolitionem examinem apud regiam curiam iudices tractari quoad appellationem frequentius, quandoque tamen quoad primam causarū cognitionem in quibusdam casibus, quos vulgo curiae causae appellamus. Nunc vero id in controuersiam incidit, an curiae iudices possint causas & lites coram iudicibus inferioribus pen-